

A Regine matris nomen raris impudicitiae probis liberate contendebar, Sfortia redemerat: ita ut in ejus gratiam, cupiente praesertim expetenteque regina, illustres XII. Cato- nenses, quos profligato rege ceperat, gravi admodum per- mutatione dimiserat. Sed tanto etiam obstrictus beneficio, in posterum nihil ab ingenio suo discessit, quin pessimis ar- tibus hostilia & maxime atrociam in Sfortiam moliretur. Hinc ad extremum viti illustres, qui tale monstrum ferre non po- terant, ut regina pudori consulerent, pernoscantem in arce Campana, evocatumque cubili trucidarunt. Jacuit femivivum cadaver in via publica tanto fortunae ludibrio, ut regina nullam vocem emitteret, propinqui tanti viri caedem vindicandam non suscipere, magistratus autem id facinus miro silentio transmitteret. *Jov. in vita Sfortie.*

APERTA. CUIUS GENERIS SUNT BELLA DICTA.

Bellum Peloponnesiacum, quod omnium, quae usquam legimus, exitu diuturnissimum, captis a Lyfandro Athenis finem accepit an. 7. & 20. perpetuis decretatum. *Diod. l. 13.* INIMICITIA DILATA. PUBLICA. INDUCIAE.

Ex loco Prudentiae bellicae in pace impetranda huc quadam.

Induciae sunt, inquit Varro, pax castrensium paucorum dierum. Item, Induciae sunt belli feriae. Haec *Gell. l. 1. c. 25.* Ubi quoque hoc scribit, Inducias sic dictas arbitramur, quasi tu dicas, inde trij. Jam. Pactum induciarum ejusmodi est, ut in diem certum non pugnetur, nihilque incommodi detur: sed ex eo die postea uti jam omnia belli iura agantur. Quod dicitur dies certus praefinitus, pactumque fit, ut ante eum diem ne pugnetur, atque is dies ubi venit, inde uti jam pugnetur: idcirco ex iis, quibus dixi, vocibus quasi per quandam coitum & copulam, nomen Induciarum connexum est. *Horoman. de verbis juris.*

\* An. D. 1609. pacta fuerunt Induciae inter rebelles Hol- landiae & aliarum confederatarum Provinciarum Ordines, qui ad extremam inopiam aere alieno immerfi devenerant, & serenissimos Archiduces Albertum, & Isabellam Belgarum Principes, quietis amantissimos; idque ad ann. 12. consen- sientie Philippo III. Hisp. Rege. Et ita arma quae ann. 40. in mutuas caedes fervierant, recondita aliquandiu fuisse: & vic- ticiae Provinciae societatem intermissam, & sectarum varie- tate dissectam finire ceperant, ac tranquillitatis commoda bellorum incommodis antehac turbata perferescere. Chroni- con anni erat: a Martii Ita InDVCLIE.

BELLA APERTA. CUIUSMODI SUNT BELLA VEL CIVILIA.

Quantis odiis, quam varia fortuna bello Peloponnesiaco per 27. an. Atheniensium & Lacedaemoniis inter se ob Graeciae dominatum concertantur, & suis discordiis omnem reli- quam Graeciam implicaverint, leges apud Diodorum Sic. l. 12. & Thucydidem. Tandem Lyfandro duce victi Athe- nienses, urbem dederunt.

Romana civitas excisa Carthagine, Numantia eversa, velut nullum amplius superesset certamen suis viribus dignum, quam valida illa essent, in seipsam experiri adorta est. Sed tanto quidem id scelus est cum pudore ab initio tenta- tum, ut Tib. Gracchus, & qui cum eo prima civili di- scordia perierunt, subfelliorum fragmentis, quando in ci- vem ferrum stringere impium crederetur, interfecti sint. Secuta est C. Gracchi caedes, ac tum primum civili sangui- ne Romanum ferrum imbutum: in eo tamen impetum, quod in paucorum capita caedes est illa pervagata. Sed ut ferre quaedam, quae humano errore semel gustato, in aper- tam tabiem exeunt; ita civitas suorum civium sanguine femel, atque iterum infecta, in tantam domestici cruoris fitim exitit, ut iusta acie sit nonnumquam inter cives in paren- tum & natorum conspectu media urbe dimicatum. Hinc nefarium illud C. Marii & L. Syllae certamen, quod tot mil- lia civium patriae abstulit, tristicum dirum futuris malis rudimentum. Gesta sunt inde alia civilia bella, quorum velut non satis capax esset Roma, non satis Italia, nefasque pu- taretur, civem in eo solo cadere, in quo & natus esset & educatus, civilis furor in Macedoniae primo translatus est, ad meridiem mox se vertit, & inde ad occidentem solem, ut omnibus diffunderetur terris victoris populi cruor. Sen- serunt & maria id nefas, Libycum, Siculum, Ambracium. Ad postremum terra rursus, Philippis, Gallia, Germania, ne qua mundi plaga esset non Rom. sceleris conscia; donec civitas omnium aequi gentium victrix, in suum concidit vulnus. *Sub. l. 1. En. 6.*

Bellum, quod Pop. Rom. contra plures populos Italicos ob jus civitatis Rom. denegatum uno tempore gessit, vere- res scriptores nunc Sociale, nunc Maricum vocant: credo, quia tum primum de Marti sic triumphatum, aut certe, quia sub Afulano motum primum omnium Marti ex profes- so sunt hostes facti. Fuit autem ille, quo ita bellari coeptum est, quinquagesimus ac sexcentissimus Romanae urbis, est- que in quintum annum protrahum, quo L. Cornel. Sylla, & Q. Pompejus sunt confules creati. *Sabell. l. 2. En. 6. ex Diod. l. 37.*

Prima civilis discordia inter C. Marium & L. Syllam cau- sa inde exitit, quod triumphales statuas, quas Boechus Matorum rex P. Rom. & Sylla gratificaturus, in Capito- lio exeret, & in his auream Jugurthae imaginem a se que- stori Sylla tradidit, Marius detrudere conatus, gravem in urbe excivit motum: fuissetque jam inde ceptum inter ci- ves armis discerptari, nisi sociale bellum, accensus ad certa- men animis, intervenerit. Quo contigit, ut ex eo vix bene composito confestim civile exiterit. Erat Sylla jam con- sul Pontum provinciam sortitus, quum Marius per Servium Sulpitium Tribunum plebis populum rogandum curavit, ut sibi Mithridaticum bellum decerneret. Cui rogationi quam Sylla & Pompejus consules summa ope resisterent, pa- rarentque de eae re iudicium, in ambos concionem in tem- plo Castoris habentes, Sulpitius cum armatorum manu ex improvviso impetum fecit, filioque Pompeji consulis prius interfecto, factam circa templum seditionissimum tribunus edidit stragem. Sylla fuga elapsus ad exercitum, injuria com- memorata, milites ita commovit, ut cum omnes sint secu- ti. Per Exquiliam urbem ingressus, acie viam Marium urbe expulit, & tum primum Roma suos cives vidit hostili- ter concurrentes, anno U. C. 662. Sulpitium interfecit: ad bellum inde Mithridaticum profectus est. Marius, post va- rios errores ex Africa a C. Cimna cois. revocatus, crudeliter in cives saevit, & audito Sylla victoris reditu, pra. morte occubuit. Sylla cum mœce navium classe in Italiam revertus, XI. milia sub signis habens, contra Marianos, qui Cn. Car- bone cois. duce ceceat. cohortes armatorum habebant, trien- nio integro varia fortuna usus, tandem victor, crudeliter in victos saevit, proscriptis, Dictionum perpetuam assump- sit. Qua tamen te tandem abdicavit, & phitriasi miserè perit. *Sub. l. 3. En. 6.*

Cum Cn. Pompejus in Ponto & Armenia bellum cum re- gibus gereret, Romae exercitus non erat pra. satis validus ad reprimendos eos, qui rebus novis fudebant. Duem habebant hic hominem audacem, inquietum, & versipel- lem C. Carlinum. Huic ante fuerat, praeter alia infanda scelera, crimini datum, quod cum virgine filia stuprum fe- cisset, & necasset fratrem. Cuius metu criminis egit cum Sylla, ut fratrem suum velut adhuc vivum receret in pro- scriptos. Eo delecto improbi cives duce, fidem cum aliis modis sanxerant inter se, tum maculati hominis gustata car- ne. Corrupterat hic magna ex parte juventutem urbanam, illecebras, comestationes, scorta cuique semper praebendo, neque ulli sumptui in his suppeditasse modum faciendo. Spectabat tota ad defectionem Heruriae & Gallia pleraque Cisalpina. Ipsa vero propter bonorum inaequalitatem maxi- me ad mutationem rerum opportuna erat Roma. Nam ut quisque nobilissimus erant & animosissimus, ita opes in spectacula, venerationes, largitiones, magistratum asse- quendum causa, infanas substructiones profuderat. Pe- cunia ad homines deflaxerat ignavos & humiles, ut patro momento quavis, qui foret animus, valeret temp. per se aegram veritate. Arcem tamen quod ad nova cepta haberet validam, consulatum Catilina petebat: magnamque conceperat spem C. Antonium collegam se habiturum, virum neque ad bonum publicum, neque ad perniciem idoneum principem, sed accessionem futurum alterius ducis vitium. Haec studia plurimorum bonorum, qui ea prospiciebant, accenderunt ad consulatum petendum Ciceronem. Qui cum populo acceptus esset, tulit Catilina repulsum. Crea- ti consules sunt M. T. Cicero & C. Antonius. Non quiesce- bat interim Catilina, sed Manlium ducem fortiss. in Hetruriae oppida dimisit, qui Syllanos illi exciret milites. Con- sulatum iterum petens, repulsum denuo tulit, & cois. crea- ti Decius Syllanus & C. Muræna. Consilium inii necand. Ciceronis, quem suis conatibus potissimum oblatte vide- bar. At Fulviae iudicio infidus detectis, Catilina urbe ex- cessit, & Manlio sese conjunxit, contractis ferè xxx. hominum. Inretea Corn. Lentulus Sura Praetor, & Cethegus Sena-

A Senatum interficere noctu, & urbem incendere parabant. Noctem huic facinori destinaverant unam ex Saturnalibus. Enses, stupra, sulphur clam domum Cethegi comporta- verant. Urbem in centum partes descriperant, iisque cen- tum viros praefecerant singulos singulis sorte ductos, ut mo- mento multis ignem subsistentibus urbs undique conflagra- ret. Alii obstruendi erant aquae ductus, & aquantes obrun- curati. At Cicero per emissarios suos huic cognitis, & Al- lobrogum legatis consentientibus, Lentulum, Cethegum & reliquos conjuratos in vincula conjici curavit. Varianti- bus in Senatu sententiis, & Syllano quidem supplicio ul- timo afficiendos censente: C. Jul. Caes. vero publicari ipsorum bona, ipsos per municipia in custodiis habendos, dum es- set cum Catilina debellatum: Lucatius Catulus, & Cato Syllani sententiam comprobantes, in carcere necandos ju- dicarunt. Profectus ergo cum Senatu Cicero ad conjuratos tradidit singulos carnifici puniendos. Catilina a C. Antonio cum suis caesus est. *Plur. in Cic.*

M. Antonius, Caesare a conjuratis interfecto, cum spe- raret, se oppresso Bruto facile principatum consecuturum, & quantumvis ipse in senatu de praetoriorum oblivione & provincis Bruto & Cassio decemdis prius retulisset, hoc- que ipso bellum civile videretur sustulisset: populum ad in- terfectores Caesaris persequendos inflammavit. Qui cum urbe excessissent, interea Octavianus Apollonia Romanam veniens, dictatoris hereditatem Caesaris cernens, ambebat cum M. Antonio de milibus H. S. quod ex hereditate Caesaris detinebat Antonius. Inde Philippus, qui matrem ado- lescentis in matrimonio habebat, ac qui forem Marcellus, adducens eum ad Ciceronem, pepigerunt, ut illi Cicero eloquentiae praesidio & urbanis opibus in senatu & ad popu- lum praesto esset, ille Ciceroni pecunia & armorum propa- gnaculo. Jam enim manum non contentendam habebat secum adolescens veteranorum Caesaris. Et sane apparuit eum cupide Caesaris amicitiam amplecti, sive oraculo Jovis Capitolini, quod in somnis habuerat; motus; seu potius odio primium Antonii, deinde natura sua plus satis avida laudis, cum speraret Octavianum conjuncturum Reip. suas vires. Usque adeo autem subitum cum adolescens, patrem ut appellaret. Quate stomachans majorem in modum in epi- stolis, quas ad Atticum scripsit, Brutus Ciceronem repte- hendit: quod metu Antonii observans Caesarem, decla- rat, non patrie se libertatem, sed dominum magis propitium sibi querere. Opera igitur Ciceronis Antonius urbe pulsus est: Octavianus Hirrii & Panfae Cois. copias contra Antonium accipiens, etiam consulari dignitate evehctus est. Antonius ad Mutinam victus, fugiens ad Lepidum, legiones Transal- pinas coel invito partim precibus, partim pollicitationi- bus sibi devinxit: & jam prepotens iterum redditus Alpes trajecit. Ad Caesarem Ciceroni jam, quem inharete videbat libertati, saltem dixit, Antoniumque per necessarios ad reconciliationem pellexit. Hinc Triumviris sedus ineunt, & praefectis, crudeliter in proscriptos grassantur. Mox pro- ficientes in Macedonia ambo ad bellum Bruto & Cassio faciendum (qui ex Syria & Macedonia exercitum non con- temnendum coegerant) Lepido urbem permiserunt. In Phi- lippeis primum campis prope Thasium signis collatis, dex- tro cornu victor Brutus, castra hostium diripuit: Cassius sinistro victus, & a suis desertus, sibi ipsi manus intulit. Ead- em die classis Bruti ingenies copias ex Italia solventes ador- dit profligavit. Ceterum de victoria navali certior non factus Brutus, ab hostibus sinistro cornu profligato circumventus, cum in antrum quoddam cum suis se contulisset, gladio in- cubuit, amicis prius, ut sibi quisque consuleret, admoni- tis. Victo Bruto in Philippis, Antonius in Asiam abiens, voluptratus se totum mancipavit, & Cleopatrae praestigiis fascinatus, non prius sese recollegit, quam per literas intel- lexit, Lucium fratrem & uxorem Fulviam post mutuas dis- sessiones cum Caesare belligerasse, ac rebus perditis profu- gere ex Italia: in Italiam se ducentis navibus vertens, Ful- viae Sicione ex morbo mortua, majorem cum Caesare re- conciliationis opportunitatem habuit, imperioque inter eos divisio, Octavianus Caesaris forem duxit. Reversus in Orientem ad bellum Parthum profecturus, cum Cleopa- tra haerens, praeclearas rerum gerendarum occasiones amisit. Cleopatra cum interfectione Octaviae, quae jam Athenas vene- rat, metueret, Antonium ad bellum incitavit, & ut Octa- vianum domum reversam domo expelli curaret, effecit. Ita- que cum maximis copiis alter in alterum movisset, ad Actium

promontorium navali praelio victus Antonius, turpissima Es- fuga in Aegyptum aufugit, & Alexandriae obfessus, a classia- riis & equitibus desertus, sibi ipsi manus intulit. *Plutarch. in Antonio & Bruto.*

Ann. 471. Imperium Rom. tum in Oriente, tum in occi- dente, ut interstis, sic periculosis seditionibus laboravit. In Oriente Aspar Patricius Leoni Augusto infidus moliens, fi- lio suo Ardaburio Caesare declarato, non dubia affectata ty- rannidis exhibuit argumenta: cuius rei certior Leo factus statim victorem de Vandalis de Sicilia revocavit exercitum, atque Asparem cum filio utroque adortus, omnes in pote- statem adduxit, ac supplicio capitali pro rei atrocitate mul- tavit: illud in primis veritus, ne, si superflites sibi fuissent despecta Leonis nepotis sui, quem Caesarem declinaverat, pueritia, Imperii sibi fastidium vindicarent. Occidentalis autem pestis auctor fuit Ricimer Suevici natione, praefectus utriusque militiae, velut alter in Italia Aspar, qui Anthe- mium foverum, posthabito affinitatis vinculo, primum despi- catu habere, post etiam injuriis alioque non erubuit onerare. Itaque accensus inter eos simulatibus, quas etiam utriusque familiares de industria irritarunt, res ad pravam F tendere certaminis contentonem videbatur: quae si contra- cta esset, nemo erat, quin deteriore conditione Anthemium pugnaturum putaret, atque ea res maximam Italicae allatura perniciem esset. Pax tamen ab Epiphano Ticinensi Episco- po composita. Haud diu tamen Ricimer in hac concordia mansit, quod se in hac causa viribus multo superiorem videret, & foverum se, si non fraude, ac vi factum capturum speraret. Itaque, cum seditio vehementiori flamma recu- disset, ipse cum magno, eoque infesto exercitu Romanum perexit, atque obsidenda urbis causa apud Anthenis pontem castra fecit. Qua re perspecta, Romani in magnis rerum angustias rursus adducti, alii Anthemio, alii Ricimeri se adjuverunt, ac civitatem interstis diffidio distraxerunt. Urbem tandem Ricimer Suevici ann. 472. magna mole in- vastit, ac in potestatem redegit; atque ingressus, eandem, quam Alaricus Gothus & Gensericus Vandalus ante atule- rant, trepidationem, ac tumultum invexit. Nam & Anthe- mium captum morte affecit, nulla neque soceri pietate, ne- que Imperatoris reverentia ductus, & urbem, quae famis, ac pestilentiae acerbitate afflicta erat, militibus miscere populam- G dam, diripiendamque permisit. Itaque praeter duas regiones, in quibus ipse cum suis confederat, omnia immani sunt pra- datorum libidine lacerata. Inde Olybrius senator Constan- tinopoli paulo ante reversus, insignibus Augustalibus exor- tatus. *Significus lib. 14. Imp. occid.*

Ann. 802. magna inter Venetos coorta seditio, urbis He- racleanae excidio causam attulit. Christophorus homo Graecus, Olivolenis Episcopus, Joanne Duce contentende, ac gratia Nicephori Imperatoris in ea re serviente, fuerat con- stitutus. Quam rem cum iniquo ferrent animo Venetiarum tribuni, Joannem patriarcham Gradensem, ne illum con- secraret, orarant. Itaque Joannes obsequutus, Christopho- rum non solum non consecravit, sed etiam pium commu- natione amovit. Quo facto Joannes Dux usque adeo exar- sit, ut Mauritio filio Duce assumpto classem Gradum addu- xerit, atque oppido primo adventu capto, patriarcham ar- reptum excelsum turri praecipitavit. Joami inde mortuo suffecus est studio tribunorum Fortunatus, sanguinis illi co- junctione propinquus: cui Leo III. Pontifex pallium concessit. Is accito Obelerio Metamaucenti tribuno, consilium in H Franciam adeundi cepit, ut Carolum Magnum adversus Duces incederet, res Nicephori majore, quam par esset, stu- dio complectentes. Quo excepto consilio, Duces subito clas- sem Gradum iterum promoverunt, ac Fortunatum & Obel- erium inde excedere coegerunt. Il cum se Tarvisium contu- lisset, Obelerius a Venetis exulit. Dux est declaratus, & Tar- visio cum valida armatorum manu egressus, deinde Metama- cum repetiit, ac Joanne Mauritio quoque exactis, Ducalem coro- nam accepit, & consensu populi Beatum ac Valentinu fratres honoris sibi coortes acivit. Interim Obelerius & tribu- ni magno comparato exercitu, Heracliam, unde Joannes & Mauritius originem trahebant, invaserunt, atque in ditione adductam funditus everterunt. Heracliani, quae major erat nobilitatis Venetae pars, quod ea per aliquot annos fides Im- perii fuerat, alii Metamaucum, alii Torcellu, sed plebs, Ri- voalium petierunt. Joannes & Mauritius cum se Mantua recepissent, Nicephorum Imp. de rebus, quae evenerant, de qua- lio, in quo ipsius causa erant, secerant certiorum, rumor; in- crebuerant, Nicephorum classem ad eos reducendos miserrunt. Itaque







A rum atreptis armis sub collem subfederunt, quem postea Phylacriden, ac si Praefidiarium dicas, vocarunt. Congressus vero ad pugnam exortibus, cum viri utrinque praelata, & memorata dignissima ederet facinora, postremo femine subita eruptione ex insidiis facta, in fugam Lacedaemonios verterunt. Virtute quidem feminas ante se ceteras praedicant Marpellam, cui Viduae cognomen fuit. Captus Charillus, dimissus est gratis, cum se iurejurando obligasset, bellum nunquam amplius Tegeatibus illarum: cum tamen postea minime, quod fuerat iuratus, servasset. Sed tunc feminas ajunt, Marti se ferunt victoriam gratulatas, extra cum viris communicare noluisse, & Martis signum Gynaecothecam in foro dedicasse. *Paulin. Arcad.*

Cum Pyrrhus Epirotarum rex, a Cleonymo rege accitus, Spartam obsideret: Lacedaemonii primis tenebris feminas primo deliberaverant in Cretam mittere: ceterum ipsae repugnaverunt: Archidamia etiam gladium tenens venit in senatum, castigavitque nomine mulierum viros, quod vivendum sibi everti putarent Sparta. Inde fossam struerunt ex adverso hostium castris ducere, cuius ex utraque ora

B plaustra collocare, eaque usque ad medias rotas defodere: quod validè depacta distulerunt elephantos. Hoc opus aggredientibus adiungunt se virgines, & matrones: quae partim tunicas succinxerant syndonibus, partim solis amictu tunicis erant, eam opera una cum senibus subiturae. Illos, qui praelatum erant, quietem iusserunt capere, sumptuose modo persequerunt haec per se tertiam partem fossae. Fuit ea lata cubitos sex, quatuor alta, longa octo jugera, ut Philarchus tradit: ut Hieronymus, minus. Ubi diluxit, cum moverent se hostes, subministraverunt arma juvenibus, fossamque tradiderunt, hortantes, ut eam defenderent, & tenerent: Pulchrum esse in conspectu patriae vincere, & in matrum, conjugumque manibus occumbere gloriosum, cadentes, ut deceret Spartiatae. Chelidonis Leontychidis F. Cleonymi uxor, de medio recesserat, fonsque agebat, & restim collo iniecerat. Me urbe capta in potestate veniret Cleonymi. At Pyrrhus primo diluculo exercitum admovit urbi. Lacedaemonii impigre, & supra vires defendunt se. Praesto sunt feminae, tela liggerunt, cibum & potum petentibus ministrant, vulneratos excipiunt. Illinc Macedones complere moluntur

C fossam, materiam affatum congerunt: qua injecta, arma & cadavera contexta sunt. Eo dum occurrunt Lacedaemonii, cernunt Pyrrhum fossam superasse, & plaustra, atque irumpere equo in urbem. Cum clamorem, qui ea parte erant locati, ederet, mulieresque discurrerent, & ululatum tollerent: perimpente Pyrrho, & resistentibus instante, equus ejus sagitta Cretica infra ventrem ictus est. Quo vulnere concitus, doloris magnitudine Pyrrhum in fastigium lubricum, & pronum effudit. Tumultuantibus, qui circa eum erant, amicis accurrerunt Spartiatae, telorumque vi omnes exegerit. Pyrrhus receptui cecinit, & mox inde Argos avocatus perit. *Plut. in Pyrrho.*

Pyrrhus Epirotas in Argivorum solum expeditionem faciebat, vocante eum Aristeo Argivo. Argivis cum armis in forum concurrerunt. Mulieres eorum tectis praecipitatis, Epirotas desuper jacientes retrocedere coegerunt, ita ut etiam Pyrrhus, ducem omnium fortissimus, incidente in caput latere occumberet. Argolides vero insignem gloriam inter Graecos adepti sunt, quod Pyrrhus vir bellicosissimus non a viris, sed feminis Argivis confectus cecidisset.

D *Polien. lib. 8.*  
Taulantius contra Macedones exercitum ducitibus, Argens Macedonum rex fuisse virgines Macedonum, si hostes agmen suum adducerent, ipsas è monte sese ostendere. Appropinquantibus igitur hostibus, apparuerunt, & è montibus descendunt magno numero, thyrsosque pro hastis vibrabant, & ferus facies obumbabant. Galarus Taulantiorum rex perterritus, viros esse virgines existimans, receptui signum dedit. Taulantii abjectis armis, impedimentisque relicta terga verterunt. Argæus sine praelio victoriam adeptus est: Virginesque, quas antea κλαδονας Macedones appellabant, ipse propter virorum imitationem, ut *μυαλλονας* dicerentur, decreto iussit. *Polien. lib. 4.*

Cynane Philippi filia, bellica negotia tractabat, exercitumque ducebat, & cum hostibus manum conferebat. Cum Illyrii signa conferens, reginam eorum Carriam in collum insiditò vulnere prostravit, multosque Illyriorum fugientes interfecit. Nabens autem Amyntæ F. Perdicæ, cum eum subitò amississet, noluit secundo maritum experiri. Sed cum unam ex Amyntæ filiam haberet Eurydicem, eam in artibus

militariis exercuit. Alexandro vero Babylone vita defuncto, & successores suos nosse molentibus, ausa est ipsa Strymonem trajicere. Eam cum Antipater impediret, per vim transiit, & omnibus quos obviam habebat debellans, transivit in Hellepontum, urse cum Macedonum exercitu jungeret. Ubi cum Alceas cum infestis copiis obviam ei procederet, Macedones conficiat Philippi filiam, & sororem Alexandri, pudore affecti, animum mutarunt. Illa exprobris Alceae ingratitude, neque multitudinem hominum, neque armorum apparatum reformidabat: sed animosè eadem tulit, mortem potius oppetere statuens, quam Philippi genus regno privatum, & exitum videre. *Polien. lib. 8.*

Arcefilas, Bart Cyrenensium regis filius, per seditionem exactus à multitudine, tandem imperium recuperavit: cumque acerbissimis suppliciis inimicos suos puniret, à finitimis Barbaris interfectus est. Pheretima mater ad Aegypti principem Aryadem confugiens, & quadam sua in Cambeyn metra commemorans, magnis copiis terrestribus, ac navaliibus coactis, intolerabilemque Cyrenensibus præbuit, sic ut etiam filii mortem persequerentur, & generi imperium restituerent. *Idem.*

F Telephila poetria, illustrata domo, cum valentinaria esset, deos de recipienda sanitate consuluit. Responso dato, ut Musas coleret, deæ consilium secuta, carminibus se, & harmonia dedit. Ita morbo citò levata, & ob artem poeticam apud mulieres in honore fuit. Cum autem Lacedaemoniorum rex Cleomeus multis necatis, non tamen, ut quidam fabulantur, septem millibus septingentis septuaginta septem, infestis signis urbem peteret: ardor & audacia incessit feminas atate florentes incredibilis, ut adversus hostem pro patria abfuerent. Duce Telephila arma capiunt, in pinnaculisq; stantes, muros corona cingunt, antonitis miraculo hostibus: Cleomeum multis amissis repellunt. Alterum regem, ut tradit Socrates, qui jam urbem invaserat, tenetabatque Pamphylia, demaratum expellunt. Hac ratione cum conservata urbs esset, mulieres, quae pugnantem ceciderant, via Argiva humaverunt. Incolumibus concessum, ut virtutis monumentum Marti signum ponerent. Nunc etiam quando Hibrifolia, id est, Probrofa celebrant (si Nipum Numerianum die, tunc Polyano libro octavo) induunt tunc feminas tunicis virilibus, & chlamydidibus, poplis & calyptris muliebribus viros. Ut virorum infrequentia mederentur, non servit ut est Herodotus auctor, sed praestantissimis ex finitimis oppidis in civitatem allectis mulieres elocant. Verum cum & hos in concubitu viderentur continere, & absperrant, ut indignos: lege sanxerunt, ut barbam nupta haberent, quae cum viris essent concubiturae. *Plut. de viri. mulier.*

Ptolemæus cum Cyrenensibus bellum gerebat. Illi ducem ex Aetolia Lycopum evocantes, ei summam omnium rerum potestatem permiserunt. In pugnis Cyrenenses priores pericula subibant. Mulieres vero eorum valla munire, fossas ducere, tela adire, lapides apportare, vulneratorum curam gerere, cibaria comparare. Ast ubi Lycopus tyrannidem invasit, tantis cum blasphemis affecerunt, ut exasperatus plurimas earum interfecit, sponte sua ad eadem accurrentes. *Polien. lib. 8.*

Artemisia Lygdamis filia, paternum genus ex Halicarnasso, matrem è Creta ducens, Mausoli regis Cariae uxor, marito mortuo, pupilli filii tyrannidem obtinens, nulla necessitate coacta, sponte cum quoque navibus Xerxem in expeditionem contra Graecos lecuta est. *Herod. lib. 7. H. Suidas, Isstin. lib. 2. Oro. lib. 2. cap. 10. ubi Arteniadoram vocat, Bocacius de clar. mulierib. cap. 55.* Huic primam palmam navalis pugnae ad Salaminem factae rex tulit. Cùmque videret eam strenuè pugnare, viros autem timidius, exclamavit: O Jupiter, ex viris mulieres fecisti, & ex mulieribus viros. *Polien. lib. 8.* Rhodios classe exiit, insulam domuit, erecta in urbe statua, quae civitati signata videretur in urere: quem locum obsepium mox Abaton dixerit: quoniam trophaea moville, religio est. *Celsus lib. 13. cap. 33. A. L.*

Philippus Demetrii filius Chiorum urbem obsidens, se ad ac superbe per praecorum pronunciarum iussit: Si qui servi ad se transfugerint, libertatem se eis, & dominas in matrimonium daturum. Chiae ergo mulieres laesitate, atque exacerbatæ, una cum servis, id agrè ferentibus, ad moenia accurrunt, lapides, telaque suggerunt, adhortantur pugnantes, & obtectantur. Itaque peripugnando, & petendo hostes Philippum rejecerunt, neque planè servus ad eum defecit ullus. *Plut. de viri. mulierum.*

Tania,

A Tania, Zenidis Dardaniarum urbium in Aelide principis uxor, defuncto marito, regnum ipsa Pharnabazi auxilio gubernavit. Ad pugnas curru vehébatur, & præcepta pugnantibus dabat, ordinisque instruebat, & victoriae praemia pro dignitate militibus distribuebat. Nullus hostis eam unquam superavit. Medias enim filiam ejus in thorem duxisset, clam eam confecit. *Polien. lib. 8. Celsus l. 13. cap. 33. Antiqu. lect. Manian vocat.*

Candace Aethiopia regina, impetavit virili animo contra Petronium Aegypti praefectum & alios, licet altero capta oculo. *Volat. lib. 18. Ambros.*

Teuca Illyricorum regina, viris fortissimis imperavit, & Romanorum vires fregit saepenumero.

Cunabula Camilla Volcorum reginae manifestum futurae virtutis lumen promiserunt. Nam ab ipsa jam tum infantia, non molliculis involuta est pannis, non à blandientibus nutriculis educata, sed à patre Metabo in mediis sylvarum latebris ferino lacte pasta est. Relictis demùm crepudiis, paulò prorexit facta, neque tractandis infestis, nec fufos aut penia manibus accipere: sed ferinis amictu pellibus, fundas centia circumagere, compliare arcus, sagittas torquere, cervos, & capreas lassare cursu. Cui viruti adiecit studium virginitalis. Orto demùm inter Turnum, & Aeneam bello, Rutulis adhaesit, fuitque ductrix copiarum. *Virg. lib. 7. Aeneidos.*

Amage, uxor Medofacci regis Sarmatarum, mulier fortissima, videns marium luxum, & crapulae deditum, regnum ita administravit, bellaque gessit, ut ejus fama ac gloria Chetronestis, Tauricam incolentes, exciti, cum multis damnis à rege vicinorum Scytharum affecti essent, societatem cum ea junxerunt. Illa primum scripsit, mandans, ut à Cheronese abfugerent. Cùmque hoc Scythia contemneret, illa, viris C. & XX. fortissimis assumptis, unicuique tres equos attribuit, & incitato cursu, una nocte, & die, M. & C. C. tadia confecit: & ex improviso regiam adorta, omnes in januis constitutos occidit. Sythis existimantibus, multò plures accedere: Amage, quo ceperat, impetu in regiam Scytharum irruens, cognatiquè & amicis, quos rex secum habebat, interfectis, Cheronestis regionem tradidit: filio autem occisi regnum commisit, mandans, ut jusse imparetur, parentis exitum incutens, & à finitimis Graecis, & Barbaris abfisteret. *Polien. lib. 8.*

Hannibali Barchino prius, quam arma Romanis inferret, amplam Hispaniae urbem Salmanticam oppugnant, cives primum trepidè imperata se facturos polliciti sunt, Hannibale datus tres talenta argenti, & trecentos obfidens. Remissa mox oppugnatione, non steterunt penitentia ducti promissis. Ita redudo ad urbem exercitu, milites, concessa esse omni praeda, ad muros adortiens cohortatus est. Tuna barbari exanimis perierunt, ut ingenui cum singulis vestibus excederet, amper, pecunia, mancipiis, & urbe relicta. Hic femina Salmantides abditis intra vestem gladiis una cum viris excessit. Omnibus egressis, Hannibal praesidium reliquens Mafaelolorum, aservabat eos in suburbio. Ceteri milites tumultuatiè irrupentes urbem diruperunt. Mafaeli cum multa agi ferrique cernerent, non ultra continuerunt se, sed relicta statione iratum pleni recesserunt. Una Hannoni interpreti eripiens hastam, ipsum ferit, cum esset D thorace armatus. Reliquis partium vires, partim fugatis, uno agmine cum feminis viri eruperunt. Quos re cognita Hannibal percutiens, corripuit aliquot moratores. Reliqui per montes fuga in praesenti elapsi sunt. Post legatis supplicibus missis sunt in urbem ab eo reduci: nec fuit id modo eis impune, sed benignè culti fuerunt. *Plut. de Virtutibus mulierum, & Polianus lib. 7.*

Fulviam Antonii uxorem accingi ense solitam, scribit in Augusti rebus Dion. quin militibus *quidam* dabat, id est, tesseram, in: erque illos saepius esse conlocata.

Cleopatra Aegypti regina, Ptolemæi Aulectis filia, quum mortuo Caesare M. Antonium in amore suo pellisset, praeter Syriae, & Arabiae regnum, ausa est Romanum quoque imperium sperare. Quum ergo magis ac magis in dies cresceret libido dominantis, imperium ipsum ab Antonio petere non dubitavit. Quod quum exorallret, sumptis cum eo armis, in Augustum ejusque generum Agrippam copias duxit, movitque bellum: cuius fortuna anceps aliquandiu pendit. Vicis ad extremum Antonianis, effrenata mulier cecinit receptui, ac se in pedes dedidit cum adultero. Quos

L. P. T. beatr. vii. Human. Tor. 1.

secutus victor Augustus ita oppressit, ut neglecta pacis conditione, Antonium ad inferendam sibi mortem compulerit. Quo extincto, ubi nullum rebus afflicti subsidium vidit Cleopatra, brachium apidi mordendum praebuit, ne in triumphum captiva raperetur. *Plut. in Antonio.*

Germani, ut ex Cornel. Tacito *Avenin. A. D. 1. Annalium* *Bojorum* recitat, aliquid sanctum & providum inesse mulieribus putant: ad matres, ad conjuges vulnera ferunt: nec ille innumerare aut exigere plagas valet, ciboque & hortamina bellantibus gestant. Memoriae prodium, quaedam acies inclinatas jam, & labantes, à feminis restitutas. Dorem quinetiam non uxor marito, sed maritus uxori offert. Munera non ad delicias muliebres quaerita, nec quibus nova nupta comatur, sed boves, & frenatum equum & scutum cum framae gladioque. In haec munera uxor accipitur: atque invicem ipsa armorum aliquid viro adfert, ne se mulier extra bellorū casus putet. Ipsis incipientibus matrimoniorum auspiciis admoventur, verum se laborum periculorumque sociam, idem in pace, idem in praelio passuram, ausuramque. Narrat etiam Lucius Florus, in eo bello, quod Caesar Augustus cum Germanis eorumque finitimis gessit, feminas, deficientibus telis, in fantes ipsos humi afflictos in oramilitum adversa misisse. Nostro etiam tempore mulieres castra sequuntur, militum numerum aliquando aequantes, jam nunc magis quam viri.

M. Antonius Philofohus, cum Faustianam uxorem secum in Aetivis haberet, matrem Castrorum appellavit. *Cyp. A. D.*

Quum Valerianus Imp. apud Peras captivus teneretur, ejusque filius Galenus, Romæ sacris diffusus in diversis Romani Imperii provinciis, Tyranni triginta numero sacces imperatorios arripuerunt. Inter quos duae mulieres esse hostibus opposuerunt, diutiusque suis, usque ad Aurelium Imperatorem potuit. In Occidente apud Rheni Vitorina, Mater castrorum cognominata, Agrippinae Coloniae Augustalæ in dicit purpurata: cui filius & affine Tetrico Gallias, & Hispanias à Germanorum direptionibus liberavit, posteaque in Orientem verò Zenobia, animi magnitudine summis Imp. conferenda, Graecis, Latinis, & Aegyptiacis literis instructissima. Haec cum agrè ferret Herodem privignum, hominè ignavissimum, à marito Odenato (qui è decurione Palmirenorū rex factus, Rom. imperii dignitatem contra Peras sustinuit) in regni confortium ex paterna indulgentia assumptum fuisse: ut Herenniano, & Timolao FF. regnū alteruter, in Odenati, & Herodidis necem Maenium Odenati confortium excitavit. Imperium adepta, filios purpuratos circumduxit, expeditionibus omnibus interfuit galeata, cum limbo purpureo, gemmis dependentibus: Zenobiam urbem ad Euphratem condidit inter Saracenos, teste *Procopio lib. 2. Belli Persici, & Trebellio*. Tandem ab Aureliano Imp. victa, in triumpho ducta, & Tybure in Zenobii agris, ubi visebatur locus Conche, uti honestam matronam decet, consensit. *Cal. lib. 13. cap. 33.*

Valens Imp. habuit uxorem Dominicanam Augustam, rare pudicitiae feminam: quae caelo Valente, Hunnis, Alanis, & Gothis victricibus signis Constantinopolim obsidentibus, viriliter restitit, cum ex aetario publico pecunias, & amara civibus largita esset. *Cypin. A. D.*

Amalafuntha, Gothorum regina in Italia, Burgundiones & Alemannos Liguriam populantes ex Italia expulit, adjuvante Theodato, quem regni confortem susceperat. *Volat.* Mauvia Saracenorū regina bellicosissima, viris post mariti obitum cum Valente Imp. Rom. frateribus, Palestinae & Syriæ infestare cepit. Rom. duces saepius fudit, neque pacē facere voluit, nisi Moses Saracenicus eremita (qui ab Arianis proscriptus, circa Alexandriam & Palaestinae solitarius degerebat) gentis suae Episcopus crearetur. *Ruffinus lib. 2. cap. 6. Socrates lib. 4. cap. 36. Theodoret lib. 4. cap. 23. Sozom. lib. 6. cap. 38.*

Belarius Antoniam uxorem suam expeditionum suarum comitem ferè semper habuit. *Jo. Magnus lib. 14. ex Procopio, Blondo, Sabellico.*

In obsidione, qua Imp. Zimisca Rossos Dorostoli premebat, Romani, cum Barbaris spolia detraherent, inter cadavera etiam Mulieres invenerunt, virili habitu tectas, quae cum maritis contra Romanos pugnaverant. *Cedrens.* Mortuo Crocco Bohemorum duce, Lybussa filia, magica divinandi arte patri perfamilis, imperiū suscepit, & ad Albim fluvium arcē Lybus, ubi nunc Colonia est, extraxit, eamque virginibus Martius custodiendam tradidit: Bohemis aut muliebri imperium averfantibus, Lybussa Premislaum rusticum in regni thorie societate accepit, ut penes maritum nomen, penes se administratio regni tota esset. Moriens Ulasta (quam Sylvius Valacana vocat) & arcem & gynaeceum totum con-

A mendavit. Illa ad fortitudinem exhortata facias, pharmaco quentiam, quod virorum odium conciliaret, oblato, in viros passim grassari, & ut nova omnia placere solent, non modo virgines, verumetiam matres familias, quibus cum maritis parum conveniebat, ad se pertrahere, eademque ad tollendos una eademque nocte matros permovere. Justo inde exercitu viros aggressa, septem superte manu interfectis, acie vidrix, ad Valtaviam flumen in regione arcis Vicegradis, colle aggeribus munito, asylum muliebrelli capere, arcemque Divinam (sic lingua Bohemica Vuellam vocant. Sylvius Dieviam vocat) nominat, agros vastat, Stiradium Sarcæ proditione cum leccissimis juvenibus necat, infantibus maribus passim dextros pollices amputat, dextrosque oculos eruit. Tandem Premislav simulata deditione arcis Vicegradensis, Miladam Ulasta legatam cum comitibus convivio excepta oppressit. Ulasta per ancillam ad custodiendos equos relictam cladis hujus admonita, viribus licet inferior in aciem descendit, fortiterque pugnant interfecta est. Sic muliebris dominio, septimo quo cepit anno, Bohemia liberata. *Dubravus lib. 2. & Aeneas Sylvius in Hist. Bohem.*

B Ad Aquas Sextias Cyprius Marius cum Ambroniis, & Teutonibus confixit. Ambroniis Mulieres securibus, & gladiis temere arreptis, mixto agmine ferociter occurrunt, terribili clamore instantes, suos convicio incessentes, in hostes truci aspectu & fremitu, ferarum ritu, irruentes. Nonnullæ per vulnera, & crebra tela sese expedientes, gladios, & scuta ex illorum manibus extorsere. *Sabel. lib. 2. Ann. 6.*

Apid Danos feminæ pleræque virili habitu militiam adhibent, proæque delicias, corpus & animum patientia ac labore durabant, bella pro basiis intentabant, manus telorum, non telarum obsequium accommodabant. *Grammaticus lib. 7.*

Post natum Christum anno circiter 200. aut supra, quum in Norvegia rex Danorum Omundus rerum potiretur, Sticla & Rusla, virgines armis innutrite, cum Trondo fratre assiduum bellum gessere. Omundus indignè ferens tantum posse feminas in viros, in cæcis classe puellas, aggressus alteram post alteram expugnavit, & oppressit. Tentantur portus, quibus à victis puellis nomina indita. *Cranzius lib. 1. Norvegia, cap. 27. & 33. ex Saxonia lib. 8.*

C Eo bello, quod Haraldus Danorum rex contra Ringonem Sveonum regem gessit, Danis militarunt mulieres bellicossissimæ. Vixima Sclavorum duxrix medio agmine, cui Starchatherus in prælio dextram amputavit: item Hetha virago virorum duxrix, quam Haraldus Danis præfecit Ringo. Vvethiborg pugilem Soth in acie stravit, à Thorkillo Thelemarcho sagitta confixa. *Saxo lib. 8. G. Cranzius lib. 1. Vandal. c. 12.*

Alvida Sivardi Gothorum regis F. pulcherrima, ab incubulis tantæ verecundiæ fuisse perhibetur, ut os populo jugiter obnuptum haberet. Alphus quidam, Sigari Danorum regis filius, trucidatis serpentibus, qui virginis conclave tutabrem in virilem commutavit, & piraticam exercere cepit, cum multas virgines ad idem militiæ propositum pertraxisset. Interea cum victrices turmas longè latèque per mare Gothicum circumferret, in quodam portu piratae confluentes, eam ob formæ pulchritudinem, & res præclarè gestas, in piraticæ Principem elegerunt. Alphus fama militiæ ejus D comperit, se quoque ad piraticum opus accingit, & tandem in extremis Finningiæ, sive Finlandiæ recessibus, tempore algidissimæ hyemis, ipsam assuevit perniciter repugnans, sed tandem pactus conjugalibus consentientem. Genuit ex ea filiam Gyriham, unicam regii sanguinis in Dania reparatricem, quæ ex Galdano pugile fortissimum Haraldum suscepit. *Id. Magnus lib. 7. cap. 10.*

Rex Sveciæ Syvardus Pro, interfecto Norvegiensium regis Syvardo, conjuges necessariorum ejus publicè conspiciendas proposuit. Regnerus Danicæ rex, avitæ ultionis studio, Norvegia petivit. Matronæ cõplures, pudicitia vel servandæ vel ulcendæ studio, virili habitu sumpto ad illum confluxere. Inter quas affuit & Landgertha virago, ipso pro humeros capillito, inter primos dimicans. Regnerus avi interfectore cæso, unius femine virtute victoriam sibi constituisse professus, eam per intermucios ambire cepit. Illa consentium simulans, urso atque cane contra omnem amatorum vim suam conclave munivit. Regnerus emensis fretum, comitibus apud Goldera (id valli nomen est) subsistere iussis, solus puellæ penates petens, ibique exceptus à bellis,

alteram telo trajecit, alteram faucibus apprehensam strangulavit, virginemque victi periculi periculum habuit. Ex ea geminas filias filiumque Fridevium suscepit. Cui licet Thoram Herothi Sveonum regis filiam superinduxisset, bello tamen, quod contra Haraldum tyrannum gessit, fidelem operam Regnero, à quo repudiata erat, præstitit. 120. navibus in subsidium adductis: cujus unius virtute Danjam in fugam versi resisterent. *Saxo lib. 8. Cranzius lib. 5. Societ. 1. & lib. 4. Danica, c. 6. & Idem Magnus lib. 17. cap. 4.*

Caractachus Scotorum rex, contra Romanos pugnat, exercitum ex suis, & auxiliariis contraxerat hominum milia quadraginta: quem ad prælium ita intravit, ut præterfluentem amnem sine vado à tergo haberet, ne suorum quispiam fuga salutem speraret. Mulieres Scotæ manu grandiores ad latera exercitus locavit: quæ ad pugnam magnis sublati clamoribus excitarent, lapides jacerent in hostes, juglamentum illic prostratos: juveniles verò iussu mixtas viris pugnatæ. Cæterum conatu irrito sulis captusque fuit. *H. Boethius lib. 3.*

In defectione Britannica sub Nerone, Voada Arviragus Britannorum regis vidua, quinque milia mulierum armavit, in prima acie stetit, strenuè ducis officio functa est. Magna clade à Suetonio Paulino victis Albanis, ipsa sibi ipsi manus intulit. *Id. 4.*

Dum Petilius, Cæsaris Vespasiani legatus, Scotorum regem Corbredum II. magna strage visisset, Vodicia Arviragi regis Britannorum, & Voada filia, minor natu, contractis cohortibus ex Monæ incolis, ibi exulaverat, atque Brigantibus, violatè pudicitia matremque cædis ulciscendæ animo, Romanos nihil minus quam hostem à tergo timentes, noctu pugna est aggressa: ad quem fuisset de Romano exercitu, atque excelsum Vodiciæ opera servitius jugum à Brigantibus, nisi Petilius accensis facibus, pice, resina, sulphure, & fevo confatis, quas in nocturnis vis paratas habebat, occurrisset. Vodicia citato gradatè contendit Epiaucom: civitatem magna vi occupatam incendit, præsidium Romanis indolenter cæcis. Capta inde, cum superè responderet, ad occidendos hostes vires sibi desultæ, non animum: nihilque quam felices Romanorum successus agris ferre, qui devotè patre, matre cæsa, Arviragi domui Britannicæ admissent regnum, à militibus, qui Petilio proximi stabant, gladiis obruncata interiit. *Idem.*

In eo prælio, quo Mogallus Scotorum rex L. Antenoum legatum Adriani Imper. magna strage superavit, Mulieres, quatum magna manus in Scotorum exercitu erant, ubi incredibilem lapidum multitudinem jecissent in Romanos, arreptis armis, nullum veritæ armorum genus, nullum periculum vulneribus magis irritate, militibus ipsis effectæ sunt longè immaniores. *Idem lib. 5.*

Dux Gelrix Eduardo III. Anglorum regi auxilium contra Scotos ferebat. In Scotia ingressus victus fugaturque. Cum spolia legerentur occisorum, inventa est Mulier quædam, ingenti corporis mole, quæ ante alios initio pugnae procedens, singulari certamine cum Richardo Schavv congressa, eum dejecerat, ac fortissimè inter primas pugnas multa edita cade ceciderat. *Hæstor Boethius lib. 15.*

Margarita, Valdemari III. Danorum regis unica filia, Aquino Norvegiae rege, ex quo parvulum suscepit Olavum, mortuo, pariter duo regna rexit, animo & consilio plusquam mulier. Anno Salutis reparatæ MCCCXXIX. Albertus dux Magnopolensis, rex Sveciæ, munitionem exereat oportuno loco, unde possit Danorum in sua transire carcere. Regina adversus novam regis arcem in suo solo crexit aliam, unde commeatu possent intercepti. Bello indicto, in transfunda palude capitur rex cum filio, & in archissimam custodiam recluditur per septem annos. Multa mari prælia, multa sunt Danicæ per Vitalianos (sic appellabant milites abque stipendio militantes) irrogata damna. Liberatur tandem, dimissionem regni pactus, cujus majorem jam partem regna occupaverat, ut una femina tribus imperaret regnis. Rediit in Magnopolim suam cum filio Erico, & ad spem regni enutrito. *Cranzius lib. 9. Vandal. cap. 22. & lib. 7. Dan. cap. 7. & Fulgosi lib. 3. cap. 2.*

Sacra expeditione Hierosolymitana, quæ à Latinis suscepta est, anno Salutis humanæ 1146. cujus tuba fuit D. Bernat. Clara vallensis Abbas, etiam Mulieres quedam, Amazonum ritu, virorum more equis insidentes, armatæ conspiciebantur. *Frisingenfis lib. 1. cap. 24. de gestis Fridei.*

Occupat Anglus rex Philippi Burgundionum regis auxilio Lutetiam, Carnutes, Tricasses, Normanniam totam, sub

A Carolo VI. Francorum rege. Eo mortuo, cum Carolo VII. ejus F. debellare conatus, ad Ligerim usque imperium protenderat. Aurelianum gravi obsequio premebat, Carolum Biturigum regem per ludibrium vocans. Interea Joanna, Jacobo Arco patre orbo, inopè pastore, in Lotharingorum pago, qui Dampnerium dicitur, cum nondum xv. annum pegerat, propter admirandas visiones fatidica putabatur. A Carolo igitur Lotharingorum principe, ad Robertum Baudricurium in Vallicore Gallorum ducem, & ab ipso ad Carolum regem missa fuit. Huic, cum largè victoriam polliceretur, non ante fides habita fuit, quam in multis, quæ futura prædicebat, verax inventa est. Ita fidem adeptæ, tandem Gallici exercitus imperium suscepit, ingenti equo insidens, voce gestuque à vero duce non differens: Aurelianum arcem obfisione liberavit, vulnus in humero accepit. Treces contra omnium sententiam adorta cepit, Carolumque diademate, ut moris erat, Rhemis insigniri iussit, Salutique anno 1429. Parisiorum urbem oppugnans, prima muros confendit: sed citre fatis trajecto, ab incepto desistit. Recepto sano D. Perri Molterienfis, frustra tentato Carunitatis Fano, obfeso Compendio ope maturatione, in oppidum quidem irrupit: sed eruptione postea facta, in potestatem hostium venit. Rotomagum ducta, ab Anglis inspectionibus falsæque religionis insimulata, igne cremata est, hoste judice, nemine co loco pro captiva contra hifere auso. Aurelianenses puellæ statum posuere. Eam summis Galli effrenè laudibus. Plus Pontifex maximus, ac Antonius Archiepiscopus Florentinus eam admirantur. *Æmil. lib. 10. Bonifinus lib. 8. Dec. 3. & Polyd. lib. 23.*

Mathildis, Henrici I. Anglorum regis F. Henrici V. Imp. uxor, eo mortuo, Godofredo Andegavensi nupsit, & à patre hæres regni instituta, cum Stephano Blefensi, qui regnum invaderat, vario eventu dimicavit, mulier ultra sexum bellicis artibus animique robore insignis. *Polyd. lib. 13.*

Mortuo sine liberis Morinorum duce (quos vulgò Britones nuncupant) Joannes Montfortis comes in ducatu successit: itaque societas cum Eduardo III. Britannicæ rege, qui etiam Gallici regni titulum sibi adificabatur, in Nantennensium urbe à Philippo Valoisio Gallorum rege captus, Parisios perducitur obiit. Hic cum Joannes Blefensis comes, agnationis iure, Britonum ad se pertinere ducatum assereret, ejuisque possessionem tentaret: Joannis defuncti conjux, armis arreptis, terra marique Blefensi comiti obstitit, neque ante desistit, quam eo in prælio occiso, filius sus liberum Britonum ducatum reliquit. *Fulg. lib. 3. cap. 2.*

Bona Longobarda floruit anno 1468. Nupsit Brunorio Parmensi, egregio bellator. A teneris annis lustrabat lylyas, venaticibus lupata canibus: maritum in omni discrimine comitabat. Quem cum Alphonsus rex Sicilia aliquidam certæ de causa in vincula conjecisset, miserta captivi femina, ad diversos principes instat pegarari curiosis concurrit, ut ab eis litteras & patrocinium obtineret pro viri salute. *Idem.*

Mortuo Joanne Huniade, Huniadis filius Ladislaus perduellionis insimulatus, cum Ultricum Cilicæ comitem insidiatorem suum interfecisset, capitis penas luit. Mathias Convinus frater ejus minor natu captus, & Viennam à Ladislao Ungarorum rege ductus. Mater Ladislai & Mathia, Græca natione, magnanima mulier, non flebilis & lamentis indulfit, sed arma contra regem Ladislaum pro filii sumpsit: majusque facinus ita suadente auctora, ac Turcas in auxilium accituta erat, ni res interventus aliorum procerum composita fuisset. Mortuo tandem Ladislao rege, Ungari Machiam annos decem & septem natum, auctore Michaelè Zilagio, regem creantur. *Cramer. lib. 23.*

Francis Perrarcha in Epist. scribit, se vidisse Puteolis, haud longè à Neapoli, virginem Mariam nomine, abjecta muliere veste, propter seditiones, quibus ea regio erat infecta, visilem amictum armaque induisse: belli adeo studiosam, ut quocumque in loco cum hoste manum conferenda essent, prima prælium intreret; neque nisi editis ante clavis facinorosis, acceptisque multis vulneribus, ex acie se reciperet. In militari exercitatione, sicutem ferream jaculando, alios viros robore superabat, omnique in sui admirationem convertebat. Et tamen in summa vivendi libertate incolumem pudicitia laudem scripsit. *Fulg. lib. 3. cap. 3. & Egnat. lib. 3. cap. 2.*

Cum Catalum Mitylenis in Lesbos rogamur potuerunt, Amurathes Turcarum Imp. ingenti classe Molagum oppidum oppugnare cepit. Ibi Otieta Auria, Genensis, Lucæ præfecti uxor, sola cum tribus comitibus, sumptis armis,

non modo pugnavit pericula omnia subit, verum confirmandis eorum animis, qui jam attoniti de deditione consilia inibant, sapiens ducis munia implevit: agendoque atque hortando tantum effecit, ut Turcas ab oppido magna cum strage repelleret. *Fulg. lib. 3. cap. 2.*

Bello Venetis à Mahometo Turcarum rege moto, cum classis ingens Mitylenas adorta esset, Cocinnumque oppidum oppugnare cepisset anno mcccclxxv. virgo Marulla, ut patrem inter pugnantem occubuisse compevit, civiumque aciem ad fugam spectaret, paterno clypeo gladioque arrepto, hostes jam jam irrupturos à muris repulit. Ob hæc ab Antonio Lauretano Venetæ classis imperatore majore pecunia, à legatis verò singulique navium præfectis auro numo donata est. Cæterum data illi optione, ut ex fortibus viris fuimeret in maritum quem vellet, pollicente Lauretano, fore ut mox dotem ex publico acciperet: respondisse dicitur, habere oportere se rationem non fortitudinis solum, sed etiam probitatis: nulli itaque se prius nupturam, quam planè exploratum haberet, qualis ille, quem optasset, futurus maritus esset. *Sub. lib. 10. Dec. 3. & l. 7. Em. 10. & Æn. Syl. c. 74. Asia, & Cal. lib. 3. c. 33. A. L.*

Oppugnante Brixiam Philippo Vicecomite, cives in fide Venetorum constanter perstiterunt. Quantum interdu crebri bombardarum ictus demoliebantur, tantum noctu oppidani subitis aggeribus reponebant. Enituit eo opere non minus feminarum quam virorum opera: in quibus in cæcis decuriasque, distributis Braida, Advocatæ gentis matrona, tam præstantia animi, quam domestica nobilitate illustris, diligentem Venetæ Rcipub. operam navasse dicitur. *Sabel. lib. 3. Dec. 3.*

Hieronymus Riarius Forolivienfium præfectus tyrannidem occupavit. Franciscus Ursus civis nobilissimus contra eum conspiravit, & exoriente familia, sub specie colloquii seductum interfecit, & populum spelibetatis ad arma vocavit. Catharina Storgia Hieronymi uxor, cum liberis custodiæ tradita, furenti multitudini subtrahitur, ut per eam recipi arcem liceret valido præsidio occupatam, qui negabant se arcem tradituros, nisi illi ea impetratum esset. Illa illa se facturam recepit, si sibi in arcem ingredi, & cum militibus colloquere, liberis obfidum loco relinquit. Quæ re impetrata, jam è tuto loco conjuratos compellendo, arma ponere jubet, & nisi parent, gravissima supplicia illis denuntiat. Conjurati expectatione sua frustrati, se liberos excruciatos in ejus conspectu interfecturos minabantur. At illa, ut sibi liberos haberent, respondit: sibi à natura ita prospectum esse, ut amissorum liberorum jacturam facile relinqueret. Interea Ludovicus Storgia Mediolanensium Princeps patris illi auxilia misit. Conjurati relicta urbe se in Tiferates receperunt. Catharina amissum viri morte principatum consilio & audacia recuperavit. *Brut. lib. 8. Hist. Florent.*

Valentinus dux Cæsar Borgia Forolivium cepisset, ipsi Catharina virili animo ex arce sese defendisset: ea tandem per vim expugnata, Valentinus majorem in illa fortitudinem quam sexus habita ratione, captivam Romam misit: ubi in Angelica arce custodia fuit, quamvis non multo post in Joannis Alegrii gratiam libertate sit donata. *Guicciard. lib. 4.*

Sellovocæ mulieres à Carolo Burgundionum duce longa obfisione fatigatæ, membra foriter defendunt, & obfessionem à scalis in fossam urbis detrulerunt, reportatis ad suos vexillis. *Ravissus.*

Ursina, Guidonis Taurilli, primi Guastallæ Comitiss, conjux, cum viro absente, Guastallam Venetorum armis oppugnare Hatur, facto in hostes impetu, oppidum multis hostium, atque inter eos aliquot manu sua, occisis, defendit. *Fulgosi lib. 3. c. 2.*

In ea pugna, qua Selymus Hismælem Sophum Petrarum regem in campis Calderamis Armenia magna strage fudit, tradunt, inter cadavera interfectorum nonnullas Petrarum uxores reperitas fuisse, quæ morte virorum armatæ, matitos in quemcunque fortunæ eventum sequebantur. Eas Selymus honorifice sepeliri iussit. *Jovius in Selymo.*

Maria Pacea, Tendilli Mendocis filia, eruditi ingenii, & virilis animi mulier, Padillæ conjugis à præfectis Caroli V. Imperatoris in Hispania, quod seditionum nonnullas Petrarum uxores reperitas fuisse, quæ morte virorum armatæ, matitos in quemcunque fortunæ eventum sequebantur. Eas Selymus honorifice sepeliri iussit. *Jovius in Selymo.*

Anna Salutis 1575. cum dux Allobrogum Genuensis vicinos premeret, voluntarium militem ex Helvetis ad 400. conduxere. Hos ad Nevissii Sabaudii md. imparatos dolo adorti, virtute superantur. Cæsis Sabaudiorum supra c. septem tantum è suis desiderantur, cum duobus calonibus & una muliere, quæ quatuor hostium cæde necem suam ultia est. *Stumpsius.*